Fragmentarium

ut sacrificaret: conuertit de
conuitantibus plusqm̄ qua
dringentos. Tunc almachi
us iussit eam in bulliente
balneo concremari. Cumque
ibi die integro cum nocte
quasi in frigido loco man
sisset. iussit eam in ipso bal
neo decollari. Quam spicu
lator tertio ictu percussit. et
caput eius amputare non
potuit. et sic eam semineceᷤ
dereliquit. Que triduo su
peruiuens et fideles cōfor
tans: diuisit eis cuncta
que habuit. ℟. Dum aurora fi
nem daret cecilia dixit. Eya mili
tes xpisti abicite opera tenebrarum
Et induimini arma lucis. ℣. Ce
cilia uale dicens fratribus et exhor
tans eos ait. Et. Eya. Gloria. Et
Et indu. Ad laudes antene.
Cantantibus organis ceci
lia dño decantabat dicēs
fiat cor meum immaculatum
ut non confundar. a. Est secre
tum ualeriane quod uolo tibi
dicere. āgelū dei habeo amatorē

qui nimio zelo custodit corpus
meum. a. Valerianus in cubi
culo ceciliam cum angelo orantē
inuenit. a. Benedico te pater do
mini mei ihesu xp̄i quia per fili
um tuum ignis extinctus est a
latere meo. a. Cecilia famula
tua dñe quasi apis tibi argumē
tosa deseruit. Ad benedictus antene.
Dum aurora finem daret cecilia
exclamauit dicens eya milites
xpisti abicite opera tenebrarum et
induimini arma lucis. De
saint climent pape et martyr.
Ad magnificat. antene. Dedisti dñe
habitaculum martyri tuo cleme
ti in mari in modum templi mar
morei angelicis manibus prepa
ratum iter prebens populo terre
ut enarrent mirabilia tua.
Deus qui oroison.
nos annua beati cle
mentis martyris tui atque
pontificis solennitate leti
ficas. concede propicius ut
cuius natalicia colimus
uirtutem quoque passionis
imitemur. Per. Memoire de

201 -1

License: public_domain – Basel, Universitätsbibliothek, Comites Latentes (Depositum des Historischen Museums Basel), CL 201, CL_201_ProfilS – Breviarium (https://fragmentarium.ms/view/page/F-k8r7/9862/71849)